

Vercingétorix relève le courage des Gaulois

[7,29] Postero die concilio conuocato consalutus cohortatusque est ne se admodum animo demitterent, ne perturbarentur incommodo. Non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis, cuius rei fuerint ipsi imperiti. Errare, si qui in bello omnes secundos rerum prouentus exspectent. Sibi numquam placuisse Auaricum defendi, cuius rei testes ipsos haberet ; sed factum imprudentia Biturigum et nimia obsequentia reliquorum uti hoc incommodum acciperetur. Id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum. Nam quae ab reliquis Gallis ciuitates dissentirent, has sua diligentia adiuncturum atque unum consilium totius Galliae effecturum, cuius consensui ne orbis quidem terrarum possit obsistere ; idque se propre iam effectum habere. Interea aequum esse ab eis communis salutis causa impetrari ut castra munire instituerent, quo facilius repentinos hostium impetus sustinerent.

[7,30] Fuit haec oratio non ingrata Gallis, et maxime, quod ipse animo non defecerat tanto accepto incommodo neque se in occultum abdiderat et conspectum multitudinis fugerat ; plusque animo prouidere et praesentire existimabatur, quod re integra primo incendendum Auaricum, post deserendum censuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res aduersae auctoritatem minuunt, sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur. Simul in spem ueniebant eius adfirmatione de reliquis adiungendis ciuitatibus ; primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt et sic sunt animo confirmati, homines insueti laboris, ut omnia quae imperarentur sibi patienda existimarent.

[7,29] (1) Le lendemain, il convoqua l'armée, la consola, et l'exhorta à ne se laisser ni abattre, ni décourager à l'excès par un revers. (2) "Les **Romains** n'ont point vaincu par la valeur et en bataille rangée, mais par un art et une habileté dans les sièges, inconnus aux Gaulois ; (3) on se tromperait si on ne s'attendait, à la guerre, qu'à des succès ; (4) il n'avait jamais été d'avis de défendre **Auaricum** ; ils en sont témoins : cependant cette perte due à la témérité des **Bituriges** et au trop de complaisance des autres cités, (5) il la réparera bientôt par des avantages plus considérables. (6) Car les peuples qui n'étaient pas du parti du reste de la **Gaule**, il les y amènera par ses soins ; et **la Gaule entière** n'aura qu'un but unique, auquel l'univers même s'opposerait en vain. Il a déjà presque réussi. (7) Il était juste néanmoins qu'il obtint d'eux, au nom du salut commun, de prendre la méthode de retrancher leur camp, pour résister plus facilement aux attaques subites de l'ennemi."

[7,30] (1) Ce discours ne déplut pas aux Gaulois, surtout parce qu'un si grand échec n'avait pas abattu son courage, et qu'il ne s'était pas caché pour se dérober **aux regards** de l'armée. (2) On lui trouvait d'autant plus de prudence et de prévoyance, que quand rien ne périlait encore, il avait proposé de brûler Auaricum, ensuite de l'évacuer. (3) Ainsi, tandis que les revers ébranlent le crédit des autres généraux, son pouvoir depuis celui qu'il avait éprouvé s'accrut au contraire de jour en jour. (4) En même temps ils se flattaient, sur sa parole, d'être bientôt secondés par les autres cités. Les **Gaulois** commencèrent alors pour la **première** fois à retrancher leur camp ; et telle était leur consternation, que ces hommes, inaccoutumés au travail, crurent devoir se soumettre à tout ce qu'on leur commandait.

JULES CESAR ; La Guerre des Gaules ; VII ; 29 à 31

[7,31] Nec minus quam est pollicitus Vercingetorix animo laborabat ut reliquas ciuitates adiungeret, atque eas donis pollicitationibusque alliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat, quorum quisque aut oratione subdola aut amicitia facillime capere posset. Qui Auarico expugnato refugerant, armandos uestiendosque curat ; simul, ut deminutae copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus, quem et quam ante diem in castra adduci uelit, sagittariosque omnes, quorum erat permagnus numerus in Gallia, conquiri et ad se mitti iubet. His rebus celeriter id quod Auarici deperierat expletur. Interim Teutomatus, Ollouiconis filius, rex Nitiobrigum, cuius pater ab senatu nostro amicus erat appellatus, cum magno equitum suorum numero et quos ex Aquitania conduxerat ad eum peruenit.

[7,31] (1) **Vercingétorix** travailla, suivant sa promesse, à réunir à son alliance les autres cités ; et il en gagna les chefs par des présents et par des promesses. (2) Il choisit pour cette mission des agents adroits et prodigues de belles paroles, aux avances desquels on pouvait aisément se laisser prendre. (3) Il a soin de fournir des **vêtements** et des **armes** aux réfugiés d'Avaricum. (4) En même temps, pour compléter ses troupes affaiblies, il commande aux cités l'envoi d'un certain nombre d'hommes, fixe le jour où ils doivent être arrivés, et donne ordre de rechercher et de lui envoyer tous les archers, qui sont très nombreux dans la Gaule. Il a bientôt ainsi remplacé ce qui avait péri dans Avaricum. (5) Dans l'intervalle, Teutomatos, fils d'Ollovico, roi des Nitiobroges, dont le père avait reçu de notre sénat le titre d'ami, était venu le rejoindre avec un corps considérable de cavalerie levé dans son pays et dans **l'Aquitaine**.

Sources

Latin => http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/caesar_dbgVII/texte.htm

Traduction => <http://bcs.fltr.ucl.ac.be/CAES/BGVII.html>

CONSIGNES

- 1) Essayez de retrouver l'équivalent latin des mots en gras.
(À remplir sur le formulaire sous la forme : Nitiobroges – *Nitiobrigum*)
- 2) Comment était perçu Vercingétorix ? (Faites une réponse courte)